

super sacrificium. quia xpus dum in cruce pependit quatuor climata mundi retinuit. et septem ordinibus ordinatur ab notandum septiformem spiritus sancti gratiam que in hoc misterio necessaria est. Et fere in quolibet ordine per numerum impari signacula disponuntur quia corpus xpi unum manens non scinditur omni honore tanquam domino. et gloria tanquam deo. Sequitur per omnia secula seculorum. non solum crucis impressio verum etiam vocis expressio et pretoris percussio. que gesta sunt iuxta crucem insinuant. prout dictum est super verbo. **M**obis quoque quia ergo ihesus clamans voce magna tradidit spiritum. **I**te sacerdos dicens. **P**er omnia secula seculorum exaltatorem et etiam aliquantulum calicem eleuat. **V**el dicitur alie ad incitationem populi ut sciens finem canonis respondeat amen. **V**el ideo quia centurio clamauit. **V**ere filius dei erat iste. **Q**uia vero mulieres lamentabantur flentes dominum. **I**deo chorus quasi lamentando respondet amen representans fideles qui dominum merito corde lugebant velut quondam a bel inuidi fratris furore occisum parentes eius lamentabantur. **C**onsequenter diaconus accedit et exaltat unum pariter sacrificium seu calicem cum corpore de altari tam ipse quam sacerdos deponit. quia ut legitur iob. **X**X. **V**enerunt ioseph ab aromathia et nicodemus et impetratum corpus ihesu a pylato deponentes sepelierunt. **S**acerdos ergo eleuans nicodemum representat. ipsa vero eleuatio xpi deponitione de cruce. deponit collationem in sepulchro demonstrat. **E**t aduerte quia sacerdos dicens. **P**receptis salutaribus moniti calicem simul et hostiam deponit. **A**d cuius rei euidentiam notandum est quod xpi corpus et sanguis bis in sexta feria eleuata et deponita fuerunt. semel in cruce eleuata et de cruce ad terram deponita. et semel de terra eleuata et in sepulchro collocata. **P**rimum representatur in prima eleuatione et deponitione corporis et sanguinis christi que fit statim post eorum consecrationem. **A**lia representatur in eleuatione et deponitione que fit in hoc loco. **C**ongruum igitur dum hec verba per offeruntur fit corporis et sanguinis eleuatio et deponitio. designantes eleuationem corporis xpi de terra. et locutionem eius in sepulchro. quia ioseph qui illud de cruce et de terra leuauit et in sepulchro locauit. monitus et instructus erat preceptis salutaribus xpi. sicut fidelis discipulus eius. **V**nde de eo legitur in marco. **E**t ipse erat expectans regnum dei. **S**i militer autem eleuantur corpus et sanguis iam consecrata. quia ipse ioseph ut aiunt quidam filius corpus cum sanguine in sepulchro locauit. **A**d huc in ipsa eleuatione tenet hostia cum quatuor digitis. **C**um enim expectemus et necesse habeamus impetrare quatuor principaliter per merita passionis xpi. scilicet potestatem contra dyabolum. humilitatem contra mundum. castitatem contra corpus proprium. et subiectionem ad dilectionem quo ad deum et proximum. ideo ad hoc representandum meri-

to eum quatuor principalibus digitis hostia tenetur. **Q**uedam tamen ecclesie in tribus primis petitionibus dominice orationis tenent calicem eleuatum. et tunc calicis eleuatio aliud significat. prout ibi dicitur. **I**n quibusdam etiam ecclesiis dum calix parumpert ab altari eleuatur. quidam puer stat victimus post subdiaconum habens capam et transuerso. ad designandum quod caput. id est dei expectantes messiam. id est xpm. cum iam venerit transfuersum est in caudam. **Q**uia vero nicodemus sepulto domino aduoluit saxum magnus ad hostium monumenti. ideo diaconus super os deponit calicis corporale deponit. **D**iaconus quoque calicem cum corporali inuoluens representat ioseph. qui corpus domini sindone munda inuoluit. **R**ursus quia in pace factus est locus eius. **D**iaconus scilicet morem quarundam ecclesiarum mensam osculatur altaris. **E**t quia factus est principatus super humerum eius osculatur dextrum armum pontificis. ut in veritate significet xpm et qui uisus per mortem et uisus post mortem. **J**uxta quod ipse predixit in psalmo. **I**n pace in idipsum dormiam et requiescam. **E**t alibi. **M**ors ero mors tua morsus tuus ero inferne. **C**hristus enim per mortem triumphauit de morte. **N**am quia factus est obediens usque ad mortem. mortem autem crucis. **I**decirco deus exaltauit illum. **P**rociptum etiam significat quod deus sibi crucem super humerum baiulauit. **S**ecundo diaconus osculando dexteram sacerdotis significat quod uult esse princeps laboris ut sit socius eterne retributionis. **T**ercio per in hoc innuit quod ioseph deponens corpus illud fuit osculatus. **I**n quibusdam ecclesiis sacerdos hic etiam hostiam osculatur in ueniens quod et nicodemus item fecerit quod ioseph. **U**el potius per domini passionem factam esse nostram reconciliationem. **P**ost osculum huius diaconus retrocedit a facie sacerdotis. representans mulieres sepulto domino a monumento recedentes.

De pater noster.

Secundum eos qui dicunt quod tertia pars missae que dicitur postulationes incipit hic. **O**remus preceptis salutaribus. **7**c. et quod dicitur rat usque ad collectas. **H**ec pars continet quinque clausulas. prima est ipsa prefatio. scilicet oremus preceptis quod addidit beatus gregorius. **S**ecunda est pater noster. **T**ercia. **L**ibera nos quesumus domine. **Q**uarta. **P**ax domini. **Q**uinta. **f**iat commixtio. **Q**uia ergo ihesus uoce magna clamabat. **P**ater in manus tuas commendo spiritum meum. sacerdos et non totus populus. prout greci faciunt. eleuata uoce pronunciat. **O**remus per septem **7**c. **N**on enim dicit sub silentio. sed palam. quia est de euangelio. ad notandum quod rex celorum in noua lege palam loquebatur. et sine uelamine predicauit. **A**d hoc ideo hec dominica oratio et etiam. **C**redo in unum deum alta uoce dicuntur ut omnes illa dicant et addiscant. **A**lia etiam ratio posita est sub titulo de predicatione. **S**ed tertia

clausula. scz libera nos etc. sub silentio dicitur in
 signum qd xp̄s interdum a predicatione siluit. a
 liter tamen ibi dicitur. Sed et proferēs. pater
 noster. etc. Item sicut prius extendit. ac sursum
 eleuat manus. Primo enim dicens. preceptis sa-
 lutaribus. Actus ioseph. de quibus in p̄cedent
 columna dictum est. quos p̄ceptis salutaribus
 monitos. et diuina institutōe formatos gessit
 representauit. quia igitur doctrina. audiendo. me-
 ditando. et in quiete discenda est. ideo uerba ista
 deponit super altare manibus protulit. d. ante
 pater. etc. christum populum orare docentem re-
 presentat. Ideo moysi orantis exemplo manū ex-
 tendit. et sursum eleuat. ut feruorem cordis. et
 rectam ad deum intentōnem ostendat. Rursum
 dicendo. preceptis salutaribus. etc. calicē simul
 et hostiam deponit. ut premissus est. Sane lega-
 lis pontifex regressus ad populum lauabat ve-
 stes. immundus tamen erat vsq; ad uesperā. sic
 in proximo huius ptis dictum est. Sic et xp̄s
 qui intrauit ad sancta sanctorū redit in eccl̄iā
 compaciendo et auxiliādo et lauat manus suas. i.
 sanctos mundificat. et tamen vsq; ad finē mun-
 di membris eius aliquę macule adherēt. Sacer-
 dos etiam redit ad populū. quia dum rursus al-
 ta uoce multiplicat preces foras exire uidetur.
 Et precibus uelut aquis. uerimenta sua. i. popu-
 lum lauat et mundat. et tamen immūbus iudica-
 tur. quia vsq; ad mortem erit in omni homine qd
 lauetur. Oraturus ergo et ostensurus se causā
 suam agere coram deo. et que quotidie petere de-
 beamus. monet populum orare dicens. Pater no-
 ster etc. que oratō habetur Math. vj. c. fiducia-
 liter enim orare possumus ut filij patrem quos
 ipse dominus ab sic orandum informauit. et ipse
 uice uniuersalis ecclesie quā representat. orat. Ne
 tamē sua auctoritate et quasi p̄sumptiue petere
 uideat. premitit quasi loco p̄fatōnis preceptis
 salutaribus etc. Dicit autem preceptis et diuina
 institutōne. quia dominus et hanc oratōnem in-
 stituit. et apostolis sic orare precepit. Et exte-
 maxime prostrati orare debemus vsq; in finem
 dominice oratōnis. saltem in profectis diebus.
 In festiuis uero stantes. Tres autem articuli
 sequentes. scilicet preceptis salutaribus pater
 noster. et libera nos significāt tres dies domice
 se uulture. idēq; et hīs dumtaxat uelimur in pa-
 rasceue. In quibusdā ecclesijs dum sacerdos dicit
 pater noster a dyacono. et dum prelatus dat
 benedictōnem solennem post pater noster. ma-
 nus eius a dyacono et sacerdote sustentatur. in
 quo representatur. qd hur et aaron sustentabāt
 manus moysi orantis. De quo sub ei. de oratio-
 ne dictum est. Beatus gregorius. dominicaz
 orationem post canonem super hostiam censuit
 recitari. asserens in regesto incongruum eē ut
 super eucaristiam diceretur oīo quā scolasticus
 composuerat et illa omittet. eē. quā dominus ipse
 dictauerat et apostoli dicere osueuerāt. Et can-
 tatur apud grecos a toto populo. sed apud nos

a solo sacerdote. **Alud** autē notandum est qd hęc
 oratō ceteras orōnes p̄pter quatuor antecellit
 scz auctoritate doctoris. breuitate sermonis. suffi-
 cientia petitionum. et fecunditate misteriorum.
Auctoritate doctoris. quia fuit ip̄s saluatoris
 apostolos orare docentis ore prolata. et inde di-
 citur oratio dominica. Breuitate sermonis. quia
 facile discitur et profertur. **Juxta** illud. Cum
 oratis nolite multum loqui etc. Sufficiencia peti-
 tionum quoniam ueriusq; uite necessaria conti-
 net. **Secundum** auctoritate misteriorum. quoniam immensa
 continet sacramenta. **Verum** licet sciat dominus
 quid uelimus uult tamē nos orare uocaliter p̄-
 ter multa. **Primo** pro excitanda deuotōne. quia
 quod facit flat⁹ carboni hoc facit p̄nunciatō de
 uotioni. **Unde** ad ip̄m ore meo clamaui et exal-
 tauī sub lingua mea. **Secundo** pro alioꝝ instructio-
 ne ut cortina cortinam trahat. et qui audit dis-
 cat ueni. **Unde** luceat lux uestra coram hominib⁹.
Tercio pro lingue obsequio. ut quod lin-
 gua peccamus lingua satisficiamus. **Unde**. sic
 exhibuistis membra uestra seruire iniquitati ad
 iniquitatem. ita exhibete ea seruire iusticie in sā-
 ctificatōnem. **Quarto** pro rei petende comme-
 moratōne quia facilius obtinetur quod instan-
 cius postulatur. **Unde** petite et accipietis. pulsa-
 te et aperietur uobis. **Quinto** pro impetrata rei
 custodia quia quod sepius requiritur. diligentius
 custoditur. **Unde** tene quod habes ne alius
 accipiat coronam tuam. **Sane** in hac oratione
 oratur pro bonis abipiscendis. et pro mali. **vi**
 tandis. **Pro** bonis temporalib⁹ spūalib⁹ et eternis
Pro malis preteritis p̄sentib⁹ et futuris. **De** bo-
 nis eternis dicitur. **Adueniat** regnum tuū. **De**
 bonis spūalibus. **Fiat** uoluntas tua sicut in celo
 et in terra. **De** temporalibus. **Danē** nostrum quo-
 tidianum da nobis hodie. **Eterna** petuntur in p̄-
 mium. spūalia in meritum. temporalia in sustenta-
 culum. **De** malis preteritis. **Dimitte** nobis debita
 nostra etc. **De** p̄sentib⁹. **Sed** libera nos a malo.
De futuris. **Et** ne nos inducas etc. **P̄c̄ta** sunt
 dolenda. p̄sentia sunt vincenda. futura sunt p̄ca-
 uenda. **Septem** sunt oratōnis dominice peti-
 ciones preter captatōnem tenuolentie que signi-
 ficant septem uerba in xp̄i cruce. **Primum** fuit.
 Pater ignosce illis. **Secundum**. **Ece** mulier fili-
 us tuus. **Tercium**. **Ece** mater tua. **Quartum**.
Hodie mecum eris in paradiso. **Quintū** **Gloria**
eloy. **Sextum** pater in manus tuas. **Septimum**
Consumatum est. **Vel** significant septem uerba.
 que tñ beata uirgo legitur de xp̄o dixisse. **Prī-**
um fuit discretōnis. **Quomodo** flet istud. **Sec-**
undum humilitatis. **Ece** ancilla domini. **Terci-**
um salutatōnis. **Ece** ut facta est uox salutatio-
 nis in aurib⁹ meis. **Quartum** gratiarū actōnis
Magnificat anima mea dominum. **Quintū** cō-
 passionis. **fili** uinum non habent. **Sextū** instru-
 ctōnis. **Quodcunq;** dixerit uobis facite. **Septi-**
um amoris. **fili** quid fecisti nobis sic. **Prima**
autē peticio est. **Sanctificetur** nomen tuum.

Secunda adueniat regnum tuum. Tercia. fiat voluntas tua. Quarta. panem nostrum quotid. Quinta. Et dimitte nobis debita nostra. Sexta. Et ne nos inducas in tentationem. Septima. Libera nos a malo. Et hec septem petitiones. secundum apostolum septem postulationes dicuntur. Quatuor prime tres spectant ad vitam eternam. siue ad patriam. Et ideo sacerdos in quibusdam locis eleuato calice dicit eas et prefationem. Preceptis salutaribus et dicens uero. sicut in celo. parum magis eleuat illum et dicens. et in terra. illum deponit. Tres ultime ad presentem vitam siue ad uiam pertinent. et ideo deposito calice dicit eas. Media uero scilicet panem nostrum. et pertinet ad utrumque. Porro tres prime succedunt ordine temporis. sed preceunt ordine dignitatis. Tres ultime succedunt ordine dignitatis. sed precedunt ordine temporis. Duplex igitur ordo est in dominica oratione notandus. unum in ascendendo qui conuenit cum uirtutibus. alter in descendendo qui concordat cum donis. Dona namque de summis ad prima descendunt. Unde requiescit super eum spiritus sapientie et intellectus et uirtutes uero de primis ad summa descendunt. Unde. Beati pauperes spiritum. quoniam ipsorum est regnum celorum. Beati mites et misericordes in oratione ipsa secundo est ordinem dignitatis. qui est artificialis. ut de maioribus ad minora descendere. Sed de uiciorum in illius expositione secuntur ordinem temporis qui est naturalis ut de minoribus ad maiora. id est de temporalibus ad eterna descendant. quem modum seruamus exponendo. Et sic hic adaptatio septem petitionum. septem uirtutum. septem donorum spiritus sancti. et septem beatorum. contra septem uicia capitalia septem uirtutibus opposita. Nam dona petitionibus. uirtutis donis. et beatorum uirtutibus obtinentur. Septem dona sunt hec. sapientia. intellectus. consilium. fortitudo. scientia. pietas. et timor. De quibus dicit propheta. Requiescit super eum spiritus sapientie et intellectus. spiritus consilii et fortitudinis. spiritus scientie et pietatis. et replebit eum spiritus timoris domini. Septem uero uirtutes sunt hec. paupe reas spiritus. mansuetudo. luctus. esurientes iusticie misericordia. mundicia cordis et pax. Septem quoque beatorum sunt iste. regnum celorum. possessio terre. consolatio. sacuritas. misericordie consecutio uisio dei. filio dei. De quibus conuincit dominus ait. De prima beati pauperes spiritum quoniam ipsorum est regnum celorum. De secunda beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. De tertia. beati qui lugent. quoniam ipsi consolabuntur. De quarta. beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam. quoniam ipsi saturabuntur. De quinta. beati misericordes. quoniam ipsi misericordiam consequentur. De sexta. beati mundo corde. quoniam ipsi deum uidebunt. De septima. beati pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. Septem uero uicia capitalia sunt. Inanis gloria siue superbia. ira. inuidia. aecordia. auaricia. gula. et luxuria. que significata fuerunt in septem populis. qui terram israel

promissam tenebant uidelicet Gethus. Gerges. Amorreus. Chananeus. fereus. Gneus. et Le biseus. Homo igitur est egrotus. deus medicus uicia sunt languores. petitiones sunt planctus. dona sunt antidota. uirtutes sunt sanitates. et astudines sunt felicitates et gaudia. Hec septem uicia per septem petitiones huius fugantur orationis. prout inferius ostendetur. Ad orationis ergo ipsius expositionem ueniamus. Et nota quod in quibusdam ecclesijs dum hec septem petitiones dicuntur. byaconus stat inclinatus. omunionem expectans. in quo significat apostolos. qui post mortem domini per septem ebdomadas. confirmationem spiritus expectauerunt. Subdiaconus uero quiescit. quia mulieres in sabbato que est dies septima siluerunt.

Pater noster et. Ordinem temporis ut premissum est in huius orationis expositione seruantes. a fine eius initium sumamus. Per hunc principium ordine reuergo procedendo. Siquidem homo multis malis circumdatus. primo petit liberari a malo. Quia uero sine tentatione non est uita hominis super terram. ideo liberatus a malo petit ut in tentationem non inducatur. Et quia dum in hac uita consistit semper est in quocumque peccato. Nam si dixerimus. quia peccatum non habemus. ueritas in nobis non est ideo petit ut debita id est peccata sibi dimittantur. Cum autem fuerit liberatus a malo cum uice. rit tentationes. cum debita fuerint ei dimissa. quia qui per se stare non potest necessarius est ei spiritus fortitudinis ne premium expectando deficiat. id est petit ut panis quotidianus sibi donec. Deinde cum fuerit liberatus a malis. et roboratus in bonis petit ut fiat uoluntas dei sicut in celis in terra. Et quoniam premissa in hac uita. perfecte fieri non possent. mox petit ut regnum adueniat. in quo nomen patris sanctificetur in celis. ut nunquam de cetero possit a sanctificationis gratia separari. Postquam petitionum continuationem premisimus mox ab eorum expositionem ueniamus. Prenotandum tamen est quod illud quod in oratione premititur. uidelicet. Pater noster qui es in celis. captatio tenuolentie est ut iam dicitur. Neque pater grece et latine genitor. Et deus pater a patrandi siue perficiendo quia per eum omnia. facta sunt. Deus autem et generaliter et specialiter et singulariter deus pater. Generaliter omnium per creationem. Specialiter iustorum per adoptionem. Singulariter christi per generationem. Per creationem ut ibi. flecto genua mea ad te deum patrem omnipotentem a quo omnis paternitas in celo et in terra nominatur. Per adoptionem ut ibi. si uos cum filiis malis nostris bona dare filijs uestris. quanto magis pater uester de celo dabit uobis spiritum bonum. potentibus se. Per generationem ut ibi. nemo nouit filium nisi pater. et patrem nisi filius. et cui uoluerit filius reuelare. Et per hoc quod dicit. Pater noster qui es in celis. delectat nos a duobus

videlicet a superbia. ne dicam⁹ pater mi quasi re-
putantes propriū quod est commune. ⁊ ab indignita-
te se ne reddamur indigni tanto patre qui cōsi-
stit in celis. Deus em̄ solius xp̄i pater est per na-
turam. cui soli cōpetit dicere pater mi. Fidelium
autem est pater per gratiam quib⁹ opetit dice-
re. Pater noster. ille dicit. pater mi si possibile ē
transfer a me calicem hunc. Itē dicunt pater n̄r
qui es in celis sanctificetur nomen tuum ⁊c. Et
ipsemet dicit. Vado ad patrem meum ⁊ ad patrē
vestrum. Meum quidam per naturam. vestrum
per gratiam. Innotatur etiam nos p̄ hoc ab duo-
se ab seruandam gratiam adoptōnis cum dicit
Pater. et vniōnem fraternitatis. cum ait noster
Rursum per hoc q̄ dicit. pater. quod est nomen
ps̄m. notatur bonitas eius ⁊ ecclesie deuotō. q̄
ipsum patrem appellat. per hoc vero q̄ dicit nō-
ster. ostendit dilatatō caritatis. Per hoc q̄ dicit
in celis. id est in sanctis. quorum ouersatō a fece-
mundi remota est dei pietas. designatur. Quia
igitur captatio tenuolentie in hac oratōne pre-
mittitur. Scienduz est q̄ tenuolentia captatur
a tribus. scz a persona cognitoris. petitoris. ⁊ af-
fessoris. Cognitor est deus. Petitor est homo.
Affessor est angelus. A persona cognitoris. cū
ait pater. petitoris cum ait noster. affessoris cu-
z ait qui es in celis. id est in angelis vel in sanctis.
De quibus habetur. Celi enarrant gloriam dei.
Vnde spes nobis tribuitur vt sanctos nos faci-
at. Vel in celis. i. in secreto maiestatis diuine. p̄
quod datur fiducia obtinendi bonum occultum.
quod oculus non vidit. nec auris audiuit nec in-
cor hominis ascendit. Dat ergo fiduciam impe-
trandi bonū. Vnde nō dicit. domine cui seruitur ti-
more. sed pater cui seruitur amore. q. d. quia pater
es vis. quia in celis es. potes ergo. libera nos a
malo. Et nota q̄ celum dicitur a celato. quia ce-
lat diuina secreta. vel a celsitudine qz altius est
terrenis rebus. Sed libera nos a malo. Triplex
autē est malū. a quo petim⁹ liberari. innatū addi-
tum et inflicū. primum orabitur. scz originale.
Secundum omittitur scz actuale. Tercium fu-
stinemus scz penale. Malum autem vitam⁹ per
sp̄m timoris. Nam vt inquit scriptura. Timor
dō nīm expellit pct̄m. Porro triplex ē timor. q̄
cessamus a malo. Seruilis. inicalis. et filialis.
Timore seruilis cessamus a malo. formidine pe-
ne. Timore filiali cessamus a malo. amore iusticie
Inicali timore cessamus a malo. partim formidi-
ne pene. partim amore iusticie. Seruilis timor ē
incipientium. Inicalis proficiendum. filialis p̄-
ficiendum. Dicit ergo. sed lib. nos a ma. quasi d.
Da nobis sp̄m timoris. et paupertatem sp̄s vt
per sp̄m timoris vitemus mala. Per paupertatē
sp̄s abdicemus bona. quatenus exclusis vicijs
⁊ oremis terrenis habeamus eterna scz regnū
celoz. quod lucifer et primi parentes per inanē
gloriam siue superbiam amiserunt. Per hoc er-
go q̄ se humiliatō petit liberari a malo. qd fit p̄
bonum timoris fugatur superbia. que opponitur

timori. et sic finis oratōnis concordat cūm prin-
cipio. vbi ab humilitate contra superbiam ince-
pit vt premissum est. Et ne nos inducas intē-
tatōnem scz dyabolicam. Nota q̄ temptat nos de-
us. temptat homo. temptat dyabolus. Deus tē-
tat vt probet. homo vt sciat. dyabolus vt fallat.
De primo legitur. Temptauit deus abrahā.
De secundo. Tempta nos obsecro diebus tēcē.
De tercio. Cur sathanas temptauit cor tuum.
Porro duobus modis temptamur. interius
per delectatōnem et exterius per suggestiōnem.
Interior temptatō parum efficit. exterior multū
proficit si non consensatur sed resistatur. Scrip-
tum est enim. Temptatō v̄s non apprehendat
nisi humana. Rursum. beatus vir qui suffere tēp-
tatōnem. quia cum probatus fuerit accipiet co-
ronam vite. Cum ergo circa consensum temp-
tamur ducimur in temptatōnem. cum cōsentim⁹
in temptatōnem inducimur. sicut piscis ante cap-
turam in rete ducitur. Cum autem inducitur
capitur et teneur. tunc impletur quod iacobus
apostolus ait. Temptatur autem vnus qui scz a
concupiscentia sua mala abstractus et illectus.
Deinde concupiscentia cum ocepit. parit pec-
catum. peccatum vero cum consumatum fuerit
generat mortē. Verum cum item apostolus di-
cat quia deus est interpretator maloz. Nūq̄ ē
quod petimus ne deus nos inducat in temptatio-
nem. Sed dicendum est q̄ deus quodammodo
temptat. et quodammodo non temptat. temptat
vt probet. Juxta illud. Proba me deus et tēpta-
me. non tempeat vt fallat. Juxta illud. Deus ne
minem tempeat. Petimus ergo. ne nos deus in
temptatōnem inducat. id est ne permittat induci.
quia sicut dicitur. Non est malum in ciuitate
quod deus non faciat. id est quod fieri non per-
mittat. Scriptum est enim. A celis deus qui non
patitur v̄s temptari supra id quod potest. q̄si
dicamus. da nobis spiritum pietatis et mansue-
tudinem spiritus sue. vt per spiritum pietatis vi-
camus temptatōnem exercendo nos pietatem.
et per mansuetudinem spiritus vincamus iram
non reddendo malum pro malo. Vincamus etiā
inuidiaz que opponitur pietati. vt ita possideam⁹
terram viuentium. quam per spiritum pietatis ⁊
per mansuetudinem spiritus obtinebim⁹. Nam
pietas promissionem habet vite que nunc est et
future. Et beati mites. qm̄ ipsi terrā possidebunt.
Vnde ps̄. Mansueti possidebant terram. et dele-
ctabuntur in multitudine pacis. Dimittite nobis
debita nostra ⁊c. Debita dicuntur peccata. que
nos debitores pene constituunt. Non enim hic
agitur de debitis penitenciarum sed offensarū.
Tria autem sunt debita. que petimus nobis di-
mitti scz peccatum in deum patrem ⁊ proximum
et peccatum in nos. Vnde peccauimus cum pa-
tribus nostris iniuste egimus. iniquitatem feci-
mus. Peccauimus cum patribus nostris in de-
um iniuste egimus in proximum. iniquitatem fe-
cimus in nosiplos. Et quia peccauimus in deū.

Hoc petimus ut ipse dimittat n. d. n. quia peccauimus in nos. idō petimus ut dimittat nobis debita nostra. qz peccauimus in proximum. i. Sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc patet ergo et ea cōditōne nobis dimittunt. si nos debitoribus dimittamus. alioquin etiam dimissa reuocantur in debitum. Secundum illud euāgelium. Serue nequam omne debitum dimisit tibi. quoniam rogasti me. Nonne ergo oportuit et te misereri conseruo tuo. sicut et ego miseris fui tui. et iratus dominus eius tradidit eum tortoribus. quoadusqz redderet vniuersum debitum. sic et pater meus celestis faciet vobis si nō dimiseritis vnus quisqz fratri suo de cordib9 vestris. Ut ergo dominus euidenter ostenderet. qd nullus est tocus oratōnis fructus. nisi debitorib9 dimittamus. in fine eiusdem euāgelij subiūxit. ad omnia. Si dimiseritis hominibus peccata eorum dimittet vobis pater vester celestis peccata vestra. Si autē non dimiseritis hominib9 peccata eorum. nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Hīs ergo qui debitoribus non dimittunt hęc oratō non prodesse videtur qui mo videtur obesse. Nam qui sic petit sibi dimitti sicut debitoribus suis ipse dimittit. profecto si non dimittit ipse debitoribus. videt perire. vt sibi non dimittatur. Sed queritur quid teneat ille dimittente qui nec satisfacere vult. nec veniam postulare. Sane distinguendum est inter perfectum et imperfectum. Is qui viam perfectōnis arripuit debet etiaz non petenti veniam omnimode indulgere. Vnde in canone Innocencij legitur. falsa est penitencia. si penitens offensus non satisfacit. aut si offendenti offensus nō indulget. Qui vero nondum perfectōnis vortum assumpsit. teneatur quidem ratōnem cordis deponere. sed nō teneatur satisfactōnem debitam condonare. Vnde in canone Fabiani ita canitur. Si quis contristatus reconciliari noluerit fratri suo satisfaciēte eo qui contristauit acerrimis maceretur medijs vsqz dum gratanti animo satisfactōnem recipiat. Quamqz omnes vniuersaliter teneamur diligere inimicos nostros benefacere his qui obtruncant nos. et orare pro persequentibus et calumniantibus nos. Quia vero sunt culpe in quibus culpa est relaxare vindictaz. et si peccatū in nos teneamur dimittēre. peccatum tamen in deum et peccatum in proximum debemus punire. Quisquis ergo laborans odio vel inuidia grauā magis hac oratōne qm iuuetur. nisi forte iam propositum habeat dimittēdi. Verumtamen nō in sua quisqz sed in tocus ecclesie videtur persona orare. Vnde non dicit dimitte mihi debita mea. sicut et ego dimitto debitoribus meis. sed dicit. dimitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Quidam etiam volūt illud ita intelligi. dimitte nobis et id ē sic dimitte nobis debita nostra vt et nos dimittimus debitoribus nostris. quasi diceret. Da nobis donū scienciam luctum et virtutem. quaten9 tā nostra

qm aliena peccata eo gnoscamus et defleamus. vt nobis debita nostra dimittas. et sic consolatōnem habebimus aduersus inuidiaz. que facit hominem dolere de alieno bono. et aduersus iraz que est coneraria sciencie. quia ira impedit animum ne possit cernere verum. Per scienciam em̄ et luctum in presenti remissionem accipimus. et in futuro consolatōne habebimus. Juxta quod legitur. A delicto meo munda me. quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Et beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Panem nostrū quotidianum et c. In euāgelio Johannis. Domine semper da nobis panem hunc. Panis autem grece interpretatur latine omnis. Vnde oram9 et omnipotens pater omnem victum spirituale et carnalem omni tempore nobis largire dignetur. Quinqz autem panes sunt nobis necessarij. In via quatuor et quintus in patria. Corporalis ad sustentatōnem. Spiritualis ad informatōnem. Doctrinalis ad eruditōnem. Sacramentalis ad expiatōnem. et eternalis ad fruitōnem. De primo legitur. Non in solo pane viuit homo. De secundo. Amice accomoda mihi tres panes. De tercio. Venite comedite panem meum. De quarto. Qui panem domini manducat indigne reus erit corporis domini. De quinto. Ego sum panis vite viuis qui de celo descendi. Postqz em̄ fuerunt hominib9 peccata dimissa. necessarius est ei spiritus fortitudinis vt premissum est. idō dicit Panem nostrum quotidianum. id est nobis quotidie necessarium. alioquin quod nostrum esset nobis dare nō posset. nisi prius defineret esse nostrum. Da nobis hodie. quasi diceret. Da nobis spiritum fortitudinis qui multiplici pane roborat animam. ne deficiamus in presenti esuriēdo iusticiam. per quam expellentes accidiam et tebi um de bono plena iusticia saturabimur in futuro. sedm̄ illud. Beati qui esuriunt et siciunt iusticiam. quoniam ipsi saturabuntur. Matheus dicit. Panem nostrum super substantialem. quod duobus modis potest intelligi. vel vt vna sit dictio. Da nobis panem nostrum super substantialem. id est christum qui est super substantialis id est super omnem substantiam. scilicet creatam. qui panis ē in altari. Vel vt sint due dictōes. qsi da nobis panem nostrum. id est christum qui ē proprius eibus fidelium. et hoc super panem. id ē preter panem substantialem. id est necessarium ad sustentatōnem. quasi diceret. Da nobis vtrūqz panem sez mentis et corporis. Lucas dicit. Panem nostrum quotidianum. quod tam de corporali. qm de sacramentali pane potest intelligi videlicet de viatico. Grecus habet epynsion quod interpretatur super substantialem. Ebreus vero segola. quod interpretatur egregium vel peculiarem. Ob hoc forte Lucas vidēs matheū dixisse segola. quod sonat peculiarem dixit quotidianū Grecus autēz interpres mathei. quia vidit eum dixisse segola quod sonat egregium dixit epynsion id est super substantialem. fiat volūtas tua.

Hoc rogamus. ut quomodo angeli vel omnes
 sancti inculpabiles deo seruiunt. ita et nos absque
 graui peccato illi seruiamus in terra. Voluntas
 dei dupliciter intelligitur. scilicet et beneplacitum dei
 eternum. et signum beneplaciti temporalis. Bene-
 placitum dei eternum semper impletur. Unde et
 voluntati eius quis resistet. Et omnia quecumque
 voluit dominus fecit. Signa beneplaciti tempo-
 ralis sunt quinque. precepto. prohibito. permissio
 consilium. et operatio. Unde Magna opera domini
 exquisita in omnes voluntates eius. Nec non sem-
 per impletur. sed ut impleantur oratur. Unde
 dicitur. fiat voluntas tua. id est opere compleat
 quod precipis. quod consulis. quod suades. quia
 non sufficit voluntas nisi affit facultas. Sicut in
 celo et in terra. id est illi qui sunt in celo volun-
 tatem eius faciunt. sic et nos in terra faciamus.
 Vel sicut in celo et in terra. id est sicut in angelis
 ita et in hominibus. vel sicut in profectis. ita et
 in conuersis. vel sicut in christo ita et in ecclesia.
 vel sicut in mente. ita pariter et in carne. ut caro
 non concupiscat aduersus spiritum. secundum illud
 Cor meum et caro mea exultauerunt in deo vi-
 uum. quasi. d. Da nobis spiritum consilij ut faciamus
 voluntatem tuam maxime misericordiaz que pe-
 rimit auariciam. quatenus misericordiam conse-
 quamur. secundum illud. Beati misericordes. quoniam
 misericordiam consequentur. Sicut enim auaricia
 consistit in acquirendo et retinendo. ita misericor-
 dia consistit in dando et dimittendo. Quis per-
 ficionis et aliarum duarum impletio inchoatur in via
 et consumatur in patria. vbi nil velle poterimus.
 nisi quod deum velle sciemus. tunc diligemus de-
 um ex toto corde. et ex tota mente. et ex tota ani-
 ma. Et ex corde id est intellectu diligimus filium
 toto id est sine errore. Ex mente. id est memoria
 diligimus patrem. tota. id est sine obliuione. Ex
 anima. id est voluntate diligimus spiritum san-
 ctum. tota id est sine contrarietate patrem pote-
 riam filium sapienciam. spiritum sanctum bonita-
 tem. **A**dueniat regnum tuum. **H**oc rogamus
 ut semper christus regnet in nobis et non peccatum
 ut nos paratos inueniat quando animam a cor-
 pore iubeat exire. Regnum autem dei dicitur et
 militans ecclesia. quia regitur. et triumphans ec-
 clesia quia regnat. Item regnum dei dicitur a gra-
 tia filii dei et gloria spiritus. Rursus regnum dei dicitur
 et intellectus scripture et locus patrie. **D**e regno
 militantis ecclesie scripsum est. **E**x bunt angeli
 messores et colligent de regno eius omnia scan-
 dala. **D**e regno triumphantis ecclesie reperit.
Veniet et recumbent cum Abraham ysaac et ia-
 cob in regno celorum. **D**e regno filii dei dicit scrip-
 tura. **R**egnum dei intra vos est. **D**e regno spiritus
 ait dominus. **P**recipite regnum. quod vobis pa-
 ratum est a origine mundi. **D**e regno scriptu-
 re legitur. **A**uferetur a vobis regnum dei. et da-
 bitur genti facienti fructus eius. **D**e regno pa-
 tris reperitur. **F**ulgebunt iusti sicut sol in regno
 patris eorum. **S**ed etiam ipse christus dicitur regnum

dei. secundum illud. **S**i ego indigito dei cecidit et me nra
 profecto venit in vos regnum dei. **A**dueniat is-
 gitur regnum tuum. id est adueniat regnum ad
 regnum militans videlicet ad triumphans. **V**el
 regnum tuum adueniat. id est ad videndum te
 veniat. ut regnum filii ad regnum transeat spiritus
 quoniam hec est vita eterna. ut cognoscamus te
 solum. verum deum et quem misisti in te sum christum.
 quasi diceret. **D**a nobis spiritum intellectus. que
 mundati corde intelligamus te in presenti regna-
 re per fidem. ut in futuro videamus te regnan-
 tem in nobis per spem. **T**unc cognoscemus fi-
 cut et cogniti sumus. videntes nunc quasi per spe-
 culum in enigmate. sed tunc facie ad faciem cum
 videbimus deum deorum in sion. **Q**uod est con-
 tra gulam. **D**e qua propheta. **V**inum inquit et
 ebrietas aufert cor. **P**er intellectum enim desinit
 homo carnaliter viuere. **U**nde Hieronimus. **A**ma scien-
 tiam scripturarum et carnis vicia non amabis.
Sanctificetur nomen tuum. **H**oc rogamus ut
 nos sancti simus et iusti. et recedamus a malo et
 semper faciamus bonum. **E**t nota quod nomen pa-
 tris quatuor modis sanctificatur in filiis. duo-
 bus in via et duobus in patria. **I**n via per effici-
 ciam et perseueranciam. **I**n patria per consuma-
 tionem et effectum. **I**n via namque nomen patris
 sanctificatur in filiis quando sanctificationis ef-
 fectum operatur in eis. **V**el quando sanctifica-
 tio quam acceperunt in nomine patris. perseue-
 rat in illis. **I**n patria vero nomen patris sancti-
 ficatur in filiis. quia sanxitur et confirmatur in
 eis. ut nunquam possint a filiationis gracia separari.
 hic est quasi mobile nomen patris in filiis. **N**am
 et iudas quandoque fuit filius. quandoque non fuit.
Pro qua possibilitate mouendi dixit apostolus. **E**a-
 sti ego corpus meum et in seruitatem redigo. ne
 forte cum alijs predicauerim ipse reprobus effi-
 ciar. **I**bi quoque nomen patris sanctificatur in filiis.
 quia ibi tales sunt filij in quibus pater sanctus ap-
 paret. tunc erunt manifesti qui nunc sunt deculti
 secundum illud. **M**os insensati vitam illorum estima-
 uimus. insaniam et finem illorum sine honore. et ee-
 ce quod operati inter filios dei et inter. s. s. illorum
 est. **D**icit ergo sanctificetur nomen tuum. q. d. **D**a no-
 bis spiritum sapiencie. put dicitur a sapore id est iocundi-
 tatem eternam ut gustemus quam suauis est dominus
 generans in nobis pacem. id est motum interiorum. quies-
 tem ut caro nostra non concupiscat aduersus spiritum
 quia non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum
 ut ira sanctificetur nomen tuum. id est pater in filiis
 quatenus in presenti difficile. in futuro nequaquam
 a filiationis gracia separentur. **Q**uod est manifeste
 contra luxuriam. qua qui laborat non iocundatur
 in deo. pacem mentis non habet filius dei non est
 sed iumento assimilatur. quia quasi iumentum in
 suo stercore operescit. gustato enim spiritu desi-
 pit omnis caro. **I**n fine dominice orationis ponitur
 amen quod ad omnes petitiones refertur. **E**bre-
 us autem ponit in fine vnum ex hijs tribus. amen.
 sela. salem. que sonant vere semper pacem. **D**e amen

dicitur est sub titulo. de salutatione ad populū.
Licet autem amen quandoque affectum optantis
 exprimat hic tamē oclusionis affirmatōne ostē
 dit. **V**nde glo. **M**atth. vi. amen significat in his
 omnibus petitōibus indubitanter a domino tri
 bui quod petit. si vltime cōditōnis pactū serua
 uerimus. **V**nde subdit si dimiseritis etc. **E**t ideo
 amen hic nō a populo. vel clero. sed a sacerdote
 profertur. **C**um em̄ ipse sit mediator inter deum
 et hominem. qz eius est vta populi deo offerre.
 et ipsius voluntatem populo renūciare. sicut le
 git̄ **Exo. xix.** Magis congruit illud a sacerdote
 proferr̄. a quo ouenit petita a domino fuisse cō
 cessa affirmari qz a populo cui h̄ renūciatō ipso
 mediante fieri debet. **I**n alijs vero oratōibz q̄
 in offi cō ecclesiastico dicunt̄. Amen potius ex
 primit affectum optantis. qm̄ oclusionem affir
 mantis. ideoqz in illis cōgrue pfer̄ a populo.
 a quo optatur qd̄ illis a sacerdote orante postu
 latur. **P**rofert tamen hic sacerdos amen sub silē
 cio. **P**rimo in signum qd̄ dominus vult orantes
 latere qd̄ a domino exaudiet sine ne postmodū te
 pescant. **S**ecundo qz si alie pferret amen quo af
 firmat̄ oratōnem dominicā exauditam esse iudi
 cari posset p̄sumptō et qd̄ ostentatō sacerdotis.

Tercia pars misse de silencio
 post dominicam orationem.

Tercia pars misse incipit in hac oratio
 ne. **L**ibera nos q̄s domie. etc. **Q**ue ora
 tio dicit̄ embolismus v̄l superexcrese
 cia. eo qd̄ nihil in ea petitur quod in p̄
 cedenti dominica oratōne petitū nō fuerit. nec ta
 men superfluit. qm̄ est repetitō et expositō nouis
 sine petitōnis illius. **I**lla enim dicit̄. **L**ibera nos
 a malo. ista dicit̄. **L**ibera nos q̄s. etc. **E**t subdit. a
 quibus malis scz p̄ntibus. preteritis et futuris.
Et subdit̄ etiam transitus ad oratōnem p̄ pace.
 ibi. **I**ntercedete beata. etc. **V**el dicit̄ superexcrese
 cia. quia in primitiua ecclesia multo tempore dia
 eta non fuit. **E**t nota qd̄ duplex est embolismus.
 v̄lz quotidianus et annuus. **Q**uotidianus ē hęc
 oratio. **C**um em̄ amen sit finis dominice oratōis
 et illud reseruetur sacerdoti a clero dicente. **S**z
 libera nos a malo vt̄ premissum est. patet qd̄ hęc
 oratio intelligitur embolismus non solum quo
 tidianus. verū etiam dominice oratōnis. **E**mbol
 ismus etiam quotidianus sunt p̄fatōnes. vt̄ ve
 re dignum. etc. **E**t cōmunicantes. et hanc igitur
 oblationem etc. **E**t igitur clementissime pater
Annuus vero embolismus est osecratō olei infir
 morum. **D**e qua dicitur in sexta parte sub titu
 lo. de cena domini et benedictō v̄laz et agni pa
 scalis et h̄mōi. et etiā frugū et fabarū primarū.
 q̄ ex institutōne eustielani pape sup̄ altare bene
 dicunt̄. **E**mbolismo finitō nō cōcludit̄. **P**er dñm
 hęc em̄ est embolismo et p̄fatōnum osecratō. h̄
 ei cōtinuat̄ oratō. **D**a p̄picius pacem etc. **D**a pa
 cem inq̄m p̄ctoris vt̄ sim̄ a peccato liberi. **D**a

pacē t̄pis vt̄ simus ab omni perturbatōne securi
Mocet em̄ infirmis perturbatio. et ecce qm̄ apte
 enodatur. a quibus malis erui deprecemur. **D**ec
 autem oratio. libera nos etc. sub silencio dicitur
 prout dicitur est sub ti. de pater noster. si p̄ ver
 bo **O**remus preceptis. quod silencium significat
 sabbatum quo corpus domini in sepulcro quie
 uit. **T**unc em̄ nullus fidem predicauit. **V**nde **L**u
 ca testante. **M**ulieres que parauerant vngēta
 sabbato quidem siluerunt sc̄m mandātū legis
 xp̄us tamē nō siluit ymo ipse qui sc̄z carnem in
 sepulcro quieuit sc̄m animā descendit ad infe
 ros. vt̄ forclor sup̄ueniens sup̄aret fortē arma
 tū. ad quod significādū ecclesia romana dicit ip
 sam oratōnem alta voce in die pasce. **E**t me
 diolaneū semp̄. et tunc momordit infernum du
 cens suos vinctos de lacu v̄b̄nen erat aqua. li
 terans eos de malis preteritis p̄sentibus et fu
 turis. et dans eis perpetuam pacem in qua sunt
 semp̄. et a peccato liberi et ab omni perturbatio
 securi. **V**nde de hoc lacu liberari se et totam ec
 clesiam. orat̄ presbiter. **D**. **L**ibera nos etc. **E**t quia
 nos indigni sumus veniam de preteritis. et de p̄
 sentibus atqz futuris cautelā p̄mereri. nisi nob̄
 donec oratōne beate virginis. et beatorū petri et
 pauli atqz andree. et aliorū factōz. **I**deo hic eos
 in nostrū patroclniū inuocamus. **A**d impetrādā
 ergo pacis graciaz impoztat̄ mater salomonis
 id ē viri pacifici. et michael nuncius pacis. et bap
 tista p̄eco pacis. et tres apostoli testes pacis et
 nō plures. qz i cze duoz vel triū testiū stat om
 ne verbum. **P**rimus ergo orauimus vt̄ liberare
 mur a malis. nunc vero pro pace oramus. **S**ur
 sus licet omnes apostoli superius fuerūt p̄p̄ au
 toritatem apostolatus onumerati. in hac tamē
 oratōne que triū quod dominus in sepulcro ia
 cuit designat tres repetunt. et sp̄aliter isti tres.
 p̄pter aliquas eoz p̄rogatiuas. v̄lz p̄pter p̄i
 uilegiū p̄rogatiue dignitatis quo ad petrū. p̄p̄
 p̄uilegiū p̄dicatōnis. et immensi laboris quo ad
 paulū. et p̄pter p̄uilegiū nimirū cōcupite cruci
 fixationis quo ad andream. **A**dbuc in hac oratio
 ne est intentō. inuocare non solum apostolos ve
 rum etiam omnes sanctos. qui per triplicem sta
 tum distinguitur. sicut et omnes qui sunt in mi
 litante ecclesia. aut em̄ fuerunt vel sunt in sta
 tu cōiugali. qui per petrū. aut in statu cōimen
 cie et viduali. qui per andream. qui sc̄m **C**riso.
 creditur in viduali statu fuisse. aut in statu vir
 ginali. qui per paulum designatur. ab quem sta
 tum etiam angeli reducunt. quia virginitas so
 roz est angeloz. et de beata maria etiam sit mē
 tio tanq̄m de porta misericordie. **P**ostremo no
 ta. qd̄ post secretam tria dicuntur ab misterii cō
 secratōnis corporis domini perficendi videlicet
 p̄ceptis salutaribus. et oratio dominica. et hęc
 oratio. **L**ibera nos q̄s. et hoc p̄pter tres dies.
 quibus domini corp̄ iacuit in sepulcro. siue pro
 p̄ter triplicem legem. scilicet naturalem. mosay
 cam. et euangelicam.